XV. Lapis Epistites.

Epistites autem lapis est rubicundus et dilucidus. Nascitur ¹⁵ vero in Corintho apud templum dei. Habet autem virtutes istas maximas: iste lapis missus in aquam ferventem continuo tepidiorem reddit; si autem permiseris eum in aqua fieri omnem ardorem tollet et frigidam aquam facit. Istum ²⁰ vero lapidem habentes malefici remonent a fructibus grandines et nebulas et turbines nocivos, sed et locustas. Et deos propitios facit per suam potentiam. Praeterea cum retinet eum

fl. 2 circumungis *p*; — 7 dei propitius estō facit praeclaros cum impetratione *C*; — 8 divinationem ego, divinitatem *cp*; — 10 quoque] an enim? — 11 scarabei ego, scarabii *c*, scarabaei *p*; divinabitur *c*; — 14 De epistite, qui ab aliis rectius Hephaestites dicitur, vide Vincent. Bellov. l. l. cap. LXX: »Dyascorides. epistitin lapis rubicundus ac dilucidus est et nascitur in corintho. hic in aquam ferventem missus continuo tepidiorem eam reddit. et si aliquantulum steterit ibi omnem ardorem tollens frigidam eam facit. Hunc cum aliquis in manu dextra contra solem tenuerit radios emittit et ignem vomit. ita ut videntes mirentur. Qui vero circa brachium sinistrum eum portaverit, omnes turbas contempnit.« — 14 Epistem (sic) *C*; — 15 Epistes ^{it} *c*; dilucidus ego ex *Diasc.*, delucidus *cp*; — 18 tepidorem *c*; in aquam *C*; [lique]feri *p*, male, cfr. *Diasc.* — 20 fluctibus *C*; — 21. 22 deus propitius *C*; — 22 quum *p*.

aliquis in manu dextra contra solem, radios emittet, et ignem evomet sua voluntate, ut videntes mirarentur. Aptus est autem ad potentiores et seditiosos, nam qui portat eum tutamentum circa sinistrum brachium, omnes asperitates et omnes turbas contemnit.

5

XVI. Lapis Orites.

Orites vero lapis est specie non nigerrimus, rotundus, quem alii sideriten vocant. Aptus est autem curando morsus bestiarum. Contritus enim et superillinitus cum roseo unguento super vulnera bestiarum, validissime curat, sed et 10 nervos coniungit alligatus. Si quis homo eum secum habuerit, omnem bestiarum impetum expellit. Hunc portantes magi per solitudinem iter faciunt et non vexantur a feris. — Est vero et alter lapis Orites, viridis et subcandidus, maculas 15 habens; scies autem, si verus sit iste lapis: pone super turibulum carbones igneos ardentis quam plurimos et superpone multa genera lapidum diversissimorum et istum inter eos, et dimitte, ut comburatur una hora. Deinde si hunc integrum et illaesum videris, habebis eum in tutamentum, et omnia pervincit omneque periculum et omnem timorem effugatur. 20 — Est etiam tertium genus quasi ferrea lamina ex uno latere lenis, ex altero velut acutus. Habet virtutes maximas, nam regis in coitu concubinis, ut non deformes aut nanos filios

2. 3 autem in c deesse falso dicit Pitra; — 3 seditiosus C; — 4 sinistro brachio c; — 5 contemnit c; — 6 et 7 Orites ego ex Plinio et Marb., Ortiten C, Ortites p; — 7 nigerimus c; — 8 syderiten c; autem curando ego, autem curandi c, autem ad curandos p; — 11—13 Graecus Damigeronis textus servatus esse videtur in Lithicorum epitoma a *ροῦρον προς αποτροπήν* usque ad *κατετόλμων* p. 146. — 12 impetus c; — 14 orites ego, ortiten c, ortites p; — 15. 16 turibulum ego, turribulum c, thuribulum p; — 17 genera ego, gñā c, grana p; — 18 dimicte c; — 21 est enim t. C; ferream laminam C; — 22 velud c; — 21—p. 177, 1 nulla lacunae signa in c; nam circumligatus regis concubinis facit ut nec conc. nec par. p mediis omissis. Caeterum v. 23 in coitu ego, in coitum c; — 23 deformes et filios ego, defors et filii c; nanos Ring, minus c.

procreant, circumligant regis concubinis hunc lapidem, ut nec concipiant nec pariant; tantum remedium sterilitatis natura genuit hunc lapidem. Cave autem, ne gravidæ eum circumligent, cogit enim eam praeposterum eiicere infantem. 5

XVII. Lapis Achates.

Achates vero lapis potentias habet optimas, sed qui similem habet colorem pelli leonis, valet ad scorpionis morsus; alligatus enim vel illinitus cum aqua statim tollit dolorem; tritus et vulneribus aspersus vel in potione cum vino 10 datus, viperarum sanat morsus. Portatus autem in tutamentum erit, et facundum et potentem et gratum et suadentem facit eum qui portat, sed et robustum; et colorem bonum facit et ad deum et ad homines amabilem.

4 praeposterum Ring, per rostrum c, quod om. p; — 6 et 7 Achaten c. — Ex Damigerone graeco sumpta sunt quae in libello *Σωκράτους και Διονυσίου περί λίθων* adhuc inedito leguntur fol. 216, b codicis Vaticani graeci nr. 578: *Λίθος ἀχάτης· οἱ ἀχάται μεγίστας δυνάμεις ἔχουσιν· εἰσι δὲ ἔρμου. — ὁ δὲ ὑμόχρους λέοντος δορᾷ ἰσχύει. πρὸς τοὺς σκορπιόδηκτους προσθεθεῖς (lege προσθεθεῖς). ἢ λειωθεῖς και παραχρισθεῖς μεθύδατος. αὐτίκα γὰρ ἄκονον ποιεῖ τὸν πληγέντα. εὐθετος δὲ και ἐν τοῖς ἐχιοδήκτοις τριβεῖς και ἐπτασθεῖς τῷ δῆγματι ἢ και μετὰ οἴνου ποτισθεῖς. φορούμενος δὲ ἐν τῇ δακτυλίῳ ποιεῖ τὸν φοροῦντα εὐπροσῆγορον και εὐόμιλον και εὐπειθεῖ. και δυνατὸν και ἐν πᾶσιν περὶ χαρῆ. εὐρωστον τε και εὐχρουν. τελεῖται δὲ οὕτως. λαβὼν βελόνην χαλκὸν γράφει ἐν αὐτῷ τὸ ὄνομα τοῦτο· τᾶχῶ· και ὑπόθεσις εἰς τὸν δακτύλιον τὸν λίθον· και ἐντυπώσας φόρει. οὗτος δὲ ὀλοκίτρινος.* Idem est lapis agapis de quo vide Vincentium Bellovacensem l. l. cap. XLII, ubi ex Damigerone latino haec: »Dyascorides. Agapis potentias habet maximas: qui colorem pelli leonis habet similem. ad morsum scorpionis valet etc. . . . dolorem tollit. tritus et vuln. asp. v. in pot. cum v. d. vip. san. mors.: portatus quoque facundum et amabilem gratum ac potentem facit, ubi quae cum Damigerone graeco consentiunt vel contra C libri auctoritatem in textum induxi. — 7 qui] quum p; — 8 colore pelle c; — 8. 9 morsum p; — 9. 10 post dolorem pergit cp: et viperarum morsus curat tritus verum supra vulnera sparsus et datus in potione cum vino sanat, ubi curat — sparsus in marg. scripta sunt in c.

XVIII. Lapis Odontolycius.

Odontolycii id est lupi dentes, prosperi sunt et utiles militibus et venatoribus et rapere aliquid volentibus et per aquam divinantibus aut per sensum divinalem, positus subtus fundo scyphi. Pro firmamento infantibus tutamen firmum 5 praebet. Apti sunt autem maxime furibus, qui aliena furari capiunt.

XIX. Lapis Alectorius.

Alectorius vero lapis invenitur in ventriculis gallinaciorum, modo fabae, crystallina specie aut aquae limpidae. 10 Hunc lapidem qui portat, invictus erit ab omni homine, tamen a multis temptatus et probatus est. Nam gladiator aut pugnator habens eum in ore suo insuperatus permanebit et sine siti, et athletam et aurigam omnimodo vincit. Milo enim Crotoniensis hunc lapidem portans numquam est victus. 15 Praeterea multi alii per praelia eum habentes fortiter belligerabant et invicti permanebant. Et reges expulsi sunt a regno suo et receperunt dominationem, non solum suam, verum etiam alienam. Facit etiam securos et gratos et placentes gestantes eum. Praeterea circa venereas voluptates 20 reddit. Sed et mulieribus proderit portantibus quae volunt

1 Odontolycius ego, odontelycio (sic) c, Odontelycius p; — 2 Odontolycii ego, Odontelycio c, Odontelycius p; — 3 aut per sensum divinare C; divinalem edidit p, qui praeterea aut per incensum conl; fundus scisi c; — 6 autem] tandem p; furare c, fort. recte. — 8 De alectorio cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XLIII: »Dyascorides. Alektorius lapis in ventribus gallorum gallinaciorum invenitur; quem gladiator habens in ore: permanet invictus ac sine siti. Mulieribus quoque que volunt placere viris proderit quia portantes se probas ac speciosas reddit.« — 8 et 9 alectorio C; — 9 gallinaciorum c et Diasc., gallinaceorum p; — 10 crystallina c; — 12 tentatus p; nam ego, nam et Ring, nec cp; — 13 eum om. p; superatus p; — 14 exitum c, exitu p, siti ego ex Diasc. et Marb. — 15 contronense C; — 17 invictos c; — 18 reuerunt C, fort. recte. — 20 lacunae signa ego posui et aliquid deesse advertit etiam Pitra; cfr. Marb.: »Hic circa Veneris facit incentiva
• — 21 reddit ego, reddidit cp; set c; eum ante qui (sic

viris placere: communis enim lapis est. Gestatus quoque firmitatem in oratione praebet. Facit etiam portantem speciosum et magnanimum et probum et bonum, omnia proposita obtinentem fortibus tutamentis.

XX. Lapis Gagates.

5

Gagates vero lapis invenitur in flumine, quod appellatur Gagano. Est autem sublineo colore magisque longius. Habet autem virtutes magnas et optimas. Mulieribus autem si non fluxerint menstrua, si hunc lapidem conteres et pones super carbones ardentis, deinde iubeas mulieri circumgredi, ut uterus eius vaporetur, et sic purgabitur et sine noxio et sine dolore. Si quis autem mancipia mercatur et vult scire, ut non sit ex eis caducus aut lunaticus, succende lapidem et si aliquis tale vitium habuerit, in ipso vitio cadet: tantam virtutem habet iste lapis. Omnem fraudem et ligamenta 15 persolvit, et succensus omnes angues et viperas et serpentes effugat ex loco.

XXI. Lapis Medius.

Medius lapis niger est; tritus autem emittit croceum colorem. Multas bonas et malas potentias habet. Si quis 20

2 in orationem c; — 4 optin. c; — 5 et 6 Gagaten C; — 7 Gagano] ab aliis Gages vocatur. — 9 menstruam c; — 10. 11 ut ut. eius vap. om. p; — 14 vicio c; — 16 et viperas om. p, et viperis c, quod cor-rexi; — 17 exfugat c. — Ex hoc capite cod. 8454: »Evax. Mancipia si vis emere hoc trito suffumiga et statim apparet si lunaticus fuerit.« — 18 et 19 Medus ego ex Diasc. et Marb., Medius cp. — De hoc autem lapide adi Vincentium Bellovacensem l. l. cap. LXXXV: »Dyascorides. Medus lapis in media inventus est: apud fluvium farni: unde et nomen accepit. Niger quidem est sed tritus colorem croceum emittit. Est autem duplicis potentie: bone s. et male. Nam et tritus in coctura medicinali [sic pro super coticulam med.] cum lacte mulieris: que semel puerum primo partu edidit: et unctus: albugines oculorum curat et omnem illorum dolorem. etiam si fuerit desperatus. podagricos etiam eodem morbo [lege modo] cum lacte ovis: que semel genuit masculinum sanat. verum si quis ex eo biberit, pulmonem evomet.« — 19 o ante croceum habet a

gaudium comparat ad vindictam inimicorum aut latronum
ita homines debent tam ad bona quam in mala, si fortuna
tulerit, parati esse. Scies autem bene quidem agentes in lo-
cum impiorum non pervenire Hic ergo lapis tritus
super coticulam medicinalem cum lacte mulieris, quae semel ⁵
creavit in primo partu puerum, inunctus albuginem oculorum
curat, et omnem oculorum dolorem tollit; etiam si videre
desperatus fuerit, sanat. Praeterea podagricos eodem modo
cum lacte ovis tritus, quae semel genuit masculinum foetum,
ungis et sanatur. Et renes et anhelitus et interiores partes ¹⁰
sic curat. Hoc medicamentum maximum est et a multis pro-
batum. Praeparatum vero hoc medicamentum habebis in
vitreo vase vel argenteo et ieiunus perficies. Ad vindictam
vero lapidem supra coticulam teris et cum aqua dilue lapi-
dem et coticulam, et dabis cuivis, et lavet faciem et eccae- ¹⁵
cabitur. Si quis autem biberit ex eo pulmones evomet.
Oportet autem bibenti paululum dare, quod non satietur.
Hic lapis inventus est in Media, unde vocabulum habet. Na-
scitur vero in locis apud flumen Fasin.

XXII. Lapis Syrtius.

20

Syrtius vero lapis, qui et Sapphirus appellatur, inveni-

1 gladium Ring, recte, puto. — 2-4 quae hoc loco inter lacu-
nae signa posui, ex textu eiecit Pitra, qui addit: »Lacinia huc temere,
nescia unde, invecta, omissorum locum occupat. Suspicio non pauca ca-
pitis XXX ex hoc XXI detracta pessime esse, ab hisce verbis: Medium
vero nomine de Mediodon etc. Sed quum in Marbodo eadem rerum
ratio aut confusio occurrit, nolui mutare quidquam.« — 2 in ma-
lam c; — 5 coticulam ego ex Marb.: »Namque super cotem mulieris
lacte solutus«, cuticulam C, craticulam p; qui c; — 8 desperatus c; po-
dracos c, podagros p, podagricos ego ex Diasc.; — 9 qui c; fetum p;
— 10 ungit p; sanat p; — 13 vaso c; perficiet C; — 14 coticulam ego
ex Marb.: »Et resolutus aquis cotis sibi fragmine mixto«, cuticulam
c, craticula p; — 15 coticulam ego, cuticulam c, craticulam p; — 15
excaec. p; — 17 quod ego, q c, quo p; — 19 Phasin p; — 20 syrtis c;
vv. 21 — p. 180, 3 ex Plinio interpolata esse iudicavit Pitra, collato Plin.
XXXVII 67, 182: »Syrtitides in litore Syrtium, iam quidem et Lucaniae,
inveniuntur e melleo colore croco refulgentes, intus autem stellas conti-
nent fulgidas«. — 21 Sapphirus c; inventus est p.

tur in extremis Libyae partibus circa Syrtes expulsus a mari per tempestates. Idem nascitur et in Apuliae regione apud Lucaniam.

Damigeron scribit:

Hic integer et potens vicisset omnem virtutem lapidum, ⁵ qui maximas potentias habet et in primis tutamentis numeratur. Qui habet ergo hunc lapidem, armatus est adversus omnem fraudem, et omnibus maleficiis et apud insidias aliorum lapidum resistit. Huius tamen naturalis potentia esse divina dicitur. Si quis a rege vel praeposito mittitur in vinculum propter delicta vitae, et voluerit aliquis educere eum ¹⁰ de vinculis, si fieri potest, tange capita vinculi, statimque rumpentur, et cum solutus fuerit, veni ad hostium et tange hoc cum lapide, et a semet ipso hostium aperitur, et vadat ubicumque voluerit, a nullo enim aspicietur. Est autem circa ¹⁵ gratiam et amicitiam conciliandam optimus.

XXIII. Lapis Capnites.

Capnites lapis similis est crystallo, sed multum distat ab eo. Portantibus autem optimus est. In obsequio erga deum et homines cognitos facit. Facundum vero et formosum facit gerentem se. Curat hydropicos circumligatus sinistro brachio. Utilis est autem ad formidines et minas amovendas. Nam qui habet eum, apud omnes gentes in gratiam venit et minas mitigat.

1. 2 a mare c, quod dubitanter defendit Ring. — 4 Amigeron C; — 5 Hic] vir C; vicisset C, vicisse con. Ring, cum infinitivus perfecti pro infinitivo praesentis positus in lingua vulgari frequentissime reperitur; — omnes virtutes p; — 8 apud] malim adversus, ad con. Ring. — 10 quis agere vel C; mictitur c; — 11 delicta vitae Ring, delendam vitam p, delenda vita c; aliquid C; seducere c; — 13 quum p; solitus c; ostium p; — 14 ostium p; — 17 et 18 Capnites ego, Caphniten c, Caphnites p, Capnitis nunc apud Plinium editur N. H. XXXVII, 56, 151; — 18 crystallo c; — 20 faciendum C; — 21 ydropicos c; — 22 brachio c; autem om. p; — 22. 23 admovendas c; — 23 apud om. c; in gracia c; mitiget c.

XXIV. Lapis Optallius.

Optallius lapis circa oculos efficax est; nam qui gerit eum, numquam oculis laborabit. Aptus est autem et furibus, ut non teneantur: obscurat enim aspectum proximorum, ut non videant furantes. Hunc furones usi sunt gestare. 5

XXV. Lapis Obsyontes.

Obsyontes vero lapis, sicut maiores nostri aiunt, disparis virtutis videtur esse. Est enim optimus et magno opere adversus somnia incerta resistit, ut nullus alius lapis. Praeterea volentibus aliquid laedere subvenit. Si quis in eo sculperit solem et lunam, et gestaverit eum consecratum bonam vitam exigit. 10

XXVI. Lapis Hieracites.

Hieracites lapis in primis numeratus et probatus est a magis. Est autem niger modice et idoneus. Habebis autem sic eum: Ubi volueris aliquid praescire, lava os tuum cum melle optimo et pone sub lingua lapidem, et disces quid de te, aut quid sapiat vel cogitet aliquis, futura omnia. Sed impetrationibus maxime congruit; gestatus enim nemo tibi contradicit aliquid postulanti. Verum amatoria quoque et 20

1 2 Optallius ego ex Marb., Optallion *cp.* Quem lapidem veterum *ὀπάλλιον* esse vulgo credunt; sed, si ex virtutibus ei attributis augurari licet, medii aevi scriptores de ophthalmio, optallio cogitavisse videntur. — 3 laboravit *c*; — 4 teneatur *c*; — 5 suerunt pro usi sunt coni. Ring; v. furentes *c*; — 6 et 7 Obsyonten *C*; Obsianum hunc lapidem esse putat Pitra. — 8 virtutis add. Ring, om. *cp*; videtur esse ego, nō esse *c*, naturae est *p*; magnopere *p*; — 10. 11 sculserit *c*; — 13 et 14 Hieracites ego ex Pseudo-Dioscoride latino apud Arnoldum Saxonem de virtute universali cap. 8 p. 424 ed. Rose, ubi ierachites in codicibus traditur; — Geraciten *C*, Geracites *p*; — 17 dices *c*; — 18 de te [sit] aut *p*; aiit pro aut coni. Ring. — 18 futura omnia] »Forte ordo depravatur, et sic restituendum: aut futura omnia«. Pitra. — 19 nemo]

suasoria per necessitatem efficit super alios lapides. Alliga ergo tibi lapidem, et vadis ad pueros sive ad feminam, et non tibi contradicit. Quod si volueris scire, quia verus est iste lapis, sic cognoscere poteris: lacte et melle commixto circumfunde lapidem, et pones eum, et non sedebit ibi musca, sic eam expellit. Nec putetur hoc ludibrium esse. Ex eadem mixtura circumfunde alterum lapidem qualem volueris, et videbis quanta multitudo muscarum circumvolvit. Super haec gratissimos facit gestantes et facundos ad omnes.

10

O imperator piissime, non credunt legentes veras esse potentias lapidum, quia non experiuntur. Omnia tamen dicta a nobis et scripta veniunt sanctificata.

XXVII. Lapis Carsydonius.

Carsydonius lapis sanctificatus et circumligatus aquaticos curat. Praeterea qui portaverit eum a pueritia, numquam mergitur, nec vexatur. Pulcrum quoque facit gestantem et fidelem et potentem et omnia perficientem. Sculptere oportet Martem armatum, aut virginem stolatam veste circumfusam tenentem laurum. Consecratus perpetua consecratione.

2 confer quae ex Aetio II 30 ad hunc locum spectantia citavit Rose l. l. p 482. 483: *Ὁ δὲ διογένης ἐν τῷ περὶ λίθων οὖτω φησίν. Ἰερακίτης λίθος ὑπόχλωρος μὲν ἐστὶ καὶ πρὸς τὸ μέλαν ἐντετραμμένος, ἐπιρρασμένος χροιαῖς ἐτέραις ὡς ποικίλος εἶναι. — δύναμιν δὲ ἔχει ἀποξηραίνουσαν αἱμορροΐδας ἀπηρηγμένους τοῦ δεξιοῦ μηροῦ τοῦ κάμνοντος. δοκιμάσεις δὲ ὅτι ἀληθῶς αὐτός ἐστι, ἔχων αὐτὸν μετὰ χεῖρας χρίου μέλιτι ταύτας, καὶ οὐ προσεγγίσουσί σοι τὸν λίθον φέροντι μυῖαι. — 6 hoc ego, hunc c, hanc p; — 8. 9 circumvolvit c, quod reduxi suadente Ringio; circumvolvitur p; — 9-11 et — legentes in marg. habet c; versus 11-13 quasi interpolatos minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 13 scripta (sic) c, stricta con. Pitra. — 14 Carsydonio c; hic lapis alibi non occurrit. — 15 Carsidonio c; — 17 mergetur c; neque p; pulchrum p; — 19 vestem c; consecratur p.*

XXVIII. Lapis Lychnites.

Lychnites lapis speciosus, colore subvitreo, mundo, adversus nyctalopam [id est adversus nocturnas aves, hoc est strigas, sive cananas] aptus collo est idoneus, persanat eos. Praeterea in lineo panno missus et in fronte ligatus fluxum 5 sanguinis stringit. Sciens autem qui eum portat futura praedicere, et infirmos prohibet aliena loqui, et languores expellit. Circumligatus nervos etiam et verrucas corporis sanat applicatus ea parte, ubi dolor est. Insuper si quis eum consecratum habuerit in domo quae incenditur, si casu contige- 10 rit, continuo extinguitur incendium. Iste autem lapis Vulcano est consecratus.

1 hic et in versu subsequente Lychnites ego scripsi, (Lithites *p*) praesertim codicis 8454 vestigia secutus. Sed imprimis dignus qui conferatur Arnoldus Saxo de virtutibus lapidum § 81 ed. Rose: »Zignites [quam formam litterarum quoque ordo tuetur] lapis est coloris vitrei idem est quod evas [?]. gestatus collo valet contra nictalopam, et sanguinem stringit, et mentis alienationem depellit. et si tenetur ad incendium ignis, extinguitur flamma eius.α Ex Damigerone graeco hausisse videtur Michael Psellus *περί λίθων δυνάμεων* pag. 22 ed. Bernard: *ὁ λυχνίτης; ἔστι δὲ νυκτάλωπος* [hoc corruptum] *ἀρτηθεὶς ἀπὸ τοῦ τραχήλου, βεύματά τε ἐπέχει ὀφθαλμῶν ἐν λινῷ βάκει περιτιθεὶς τῷ μετώπῳ.* — Lathiten *C*; — 2 Lythiten *C*; subvetereo *c*. — Ad sequentia cfr. quae cod. 8454 ex Damigerone habet: »Lichniter speciosus colore subvitreo sed mundo adversus noctilepas i. e. nocturnas aves, i. e. strigas collo gestatus valet. Missus in lineo mundo et collo ligatus, sanguinem sistit. Qui autem eum gesserit futura praedicet; alienationes ab infirmis pellit. Insuper si quis eum consecratum habuerit et domus accendatur casu, continuo extinguit (?) incendium.α — id est adversus — cananas unci inclusi, cum nihil nisi malum interpretamentum sit vocabuli nyctalopas; etiam sequens persanat eos clare ostendit hic non de strigibus sed de hominibus agi, qui non nisi noctu videre possint. Caeterum nyctalopam ego ex Arnolde Saxone (*ὁ νυκτάλωψ = ἡ νυκταλωπία*), nictia- (sic) *c*, nyctalapas *p*; cananas] »glossariis vox inaudita, forte de a glossa barbara: *χάνειν*, perdere, *ἀπολλύναι* Pitra. — 4 ydo- casu ego ex alia codicis 8454 versione, quam vide supra; — 11 exstinguit *p*.

XXIX. Lapis Topatozontes.

Topatozontes lapis tutamentum optimum est. Ad divinationes aquatiles aptissimum est. Quod si quis uvæ marinae vinum biberit et insaniat, trito lapide super coticulam cum aqua da furioso bibere. Deinde apta ei lapidem circa 5 collum, et sanabitur. Sacrificantibus etiam propitiantibusque deo utile est. Suasionem enim habet secum et impetrationem et gratos facit gestantes. Sanctificatus perpetua consecratione.

XXX. Lapis Magnitis.

10

Magnitis lapis magnas virtutes habet. Plenus est spiritu, hoc est attrahit quod appositum ferrum et retinet. Invenit autem eum Colchis. Hoc dicunt usam in magica; Medium vero nomine de Mediodon, post quem quaerendus. Inde Medi qui per omnem horam eo usi sunt ex claritate duodecim signorum Huius lapidis potestatem vero omnes magi confirmaverunt, quasi maximas habentis potentias, et sic invenerunt, quemadmodum tentarent uxores suas de caritate erga se, an benivolentiam semper custodirent, et cognoverunt diligenter si ita fecissent. Dormiente uxore subtus caput posue- 20

1 Graecam Damigeronis de topazio narrationem supra edidi in Lithicorum epitoma p. 142, 143, ubi tamen etiam ex aliis auctoribus nonnulla admixta esse videntur. — Topatonte (sic) C; — 2 topatozonte c; — 2. 3 divinationes c; — 4 coticulam ego, cutic. c, cratic. p; — 6 propiciantibusq; c; — 12 adtrahit c; num est addendum ante ferrum? et om. c; — 13 usam ego ex Marb.: »Post illum fertur famosa venefica Circe Hoc in praestigiis magicis specialiter usa«, usum cp; — 14 Pt' q̄ q̄ced' (sic) c, praeter quem quaerendus p, post quem quaerendus ego, »Medium vero nominant de »mediodon'pt' quod grece d(icitur)« coni. Ring, vix recte, cum Ededon (= Mediodon) a Marbodo magus dicatur, qui hoc lapide usus sit. Caeterum confer Pitrae notam ad cap. 21. — 15 ex claritatem ex C; — 16 nulla lacunae signa in C; hic lapis potestas vero (sic) C, Hinc lapidis potestas. Verum coni. Ring; magy c; — 17 habentis ego, habentes c, habentem p; — 18 charitate p; — 19 an] aut c; — 20 si ita fecissent om. p, lacunae signis positis. — 20 dormientis uxoris p; capud c.

runt latenter lapidem, et si quidem erat casta ab omni altero viro, sic ad maritum suum accedebat somnians volubunda, et amplexabat eum tamquam impulsa per aliquem. Si autem altero viro coierat, tamquam vim alicuius spiritus odoris fedissimi lapis mittebat, ut de lecto in pavimento ca- 5 deret. Concordiam secum quoque habet sicut non alius lapis. Multas enim mulieres cum rex ad ingressa maritis suis coegit reverti ad eos, et diligere matrimonium eorum. Sed etiam uxoribus maritos restituit. Hic lapis gratiosum et obsequentem facit portantem se et iocundum sermonem; advo- 10 catus certe magno opere subvenit, et apud populum concionantibus; persuasionem enim praebet et decorem et sermonem et facultatem et victoriam et exuperationem. Et ad sacrificia magorum aptissimum est, qui hunc lapidem habent; exaudit enim deus vota eorum; ideo sacrificantes et precan- 15 tes gestant eum. Praeterea cum voluerint intimi, id est fu-

vv. 1—5 ab et si quidem usque ad mittebat om. *p*, ubi pro eo ut si erat adultera substitutum est. — 3 impulsam *c*; — 4 alic' sp̄s *c*; — 5 mictibat *c*; in pavimentum *p*; — 6 concordiam ego, concordia *cp*; — vv. 6—8 pro sicut non — matrimonium eorum pessime *p*: »quum rex per eum maritos cogit reverti ad mulieres«. — 7 ad ingressa corruptum est, an abingressas, quod esset relinquentes?; — 8 eos ego, eas *c*; »multas enim mulieres <cum adulteris> cumire (= coire) adingressas (= incipientes) maritis suis coegit reverti adeo et diligere matrimonium eorum« coni. Ring, unde diligere (diliget *c*) recepi. — 9 marito *c*; post restituit lacunae signa posuit *p*; — vv. 9—14 Graecum textum vide supra in Lithicorum epitoma p. 144. 145. — 10 iocundum *p*; — 10. 11 advocatus *c*; — 11 et om. *p*, qui colon post subvenit, non post concionantibus posuit, et praeterea eis pro enim substituit. — 13 ad ante facult. add. *c*, »et sermonis adfabilitatem«, vel »et sermonem et adfabilitatem« (ἐν δὲ διὰ σουῶν) coni. Ring; »et sermonis facilitatem« vel simile quid ego scribendum puto ex Damigerone graeco: καὶ λόγων ἐδρετικὸς ἐστι. — exsuper. *p*; — 14 aptissimus *p*; punctum post est sustuli, et colon posui post habent, pro quo habet est in *p*; — 16 gestat *c*; quum *p*. — Ad sequentia confer, quae Vincent. Bellov. l. l. cap. XXI habet ex Pseudo-Dioscoride: »Diascorides: Magnes gignitur circa litus oceani: apud trogoditas magnas habens virtutes: et velut spiritum in attrahendo ferrum: fures intrantes domum ut preciosa deripiant: intra quatuor angulos domus carbones ardentes po-

res, secreta pretiosa diripere, intrant in alicuius domum; deinde inter quattuor angulos domus vel triclinii carbones ardentes ponunt, vel ignem ex bitumine, et superponunt minutatim praecisum lapidem et sic transferunt mentes et oculos eorum qui adsunt, ut timore continenter fugiant inde, 5 putantes ruere domum.

Nihil profanum est, rex orbis terrarum, ut iste lapis ad se adducat, animal et ferrum, attrahitque ferrum et rursum amovet. Si quidem pium est erga deum et iustum, perficiet et inutilia repellit. 10

XXXI. Lapis Lyngurium.

Lyngurium lapis optimum tutamentum est in domo, sed et praegnantibus et infantibus, ne timeant. Resistit autem et morbo regio portatus aut contritus cum vino et potatus.

XXXII. Lapis Daphnea.

15

Daphnea lapis facit ad lymphaticos et ad daemónicos et ad defusionem sanguinis vel ad hydropicos.

nunt: et lapidem minute praecisum supermittunt: sicque mentes et oculos eorum qui assunt, avertunt: ut timore fugiant: putantes super se ruere domum. Habet autem vires purgatorias. et ob hoc ydropicis cum mulsa datus: grossitudinem deducit: et omnes humores per ventrem ministrat. Tritus etiam et superaspersus combusta sanat. — fures] »Iterum ad graeca ducitur ex insolenti synonymia, intimi enim sunt *ἰταμοί*, quae Duebneri opinio est. Pitra, sed »intimi [id est <adyti>] fures secr. pr. diripere. con. Ring; — 1 intrat c; — 2 quatuor p; domui c, probante Ringio; sed domus apud Diasc. legitur. — 3 supponunt p, male, cfr. Marb.: »Et superaspergat magnetis fragmina prunis. — 5 timorem continentes cp, timore continentes (scil. se) Ring, timore continenter ego, timore etiam Diasc.; — putantes ego cum Diasc., putant cp et Ring; cfr. Marb.: »velut impediende ruina Defugient omnes. Versus 7—10 minoribus litteris excudendos curavit Pitra. — 7 ut] quod p; — 8 an adducit?; non post se add. p; — et ferr.] aut ferr. p; — 9 sic con. Ring. quidem] quid p; perficit con. Ring, deleto commate post iustum. — 11. 12 Lyngurium ego (cfr. *λγγούριον* et *λυγγούριον* et lyngurium ap. Marb.) lyngurus p, lynguro c; — 14 et ante morbo om. p; — 15 et 16 daphnea ego ex Plinio XXXVII 157 daphnius p, daphnich (in v. 15), et danich (v. 16) c; — 16 limph. c.

XXXIII. Lapis Charcedonius.

Charcedonius lapis pertusus et obtectus ferro; qui eum portat, vincit causam.

XXXIV. Lapis Galactites.

Galactites lapis: hunc quidam vocant Anachiten, alteri 5 autem Leucographiten; alii Aegyptii Smaragdum, alii Galbaiten. Dicunt magi et Aegyptii Syneciten, continet enim in se omnia, quae destinaveris solus omnium lapidum. Sed Ostan- nes, magister magorum omnium, appellavit eum super om- 10 nia vocabula Lethargum, quasi omnium oblivionem malorum, facit enim et utilium negotiorum. Laudavit eum tamquam nullus alius tantas vires habet. Non enim ex auditu

1 et 2 charcedonio c; — 2 abtactus C; — 4 Galaciten c, Galacites Pitra, qui addit »fort. Galactites«; id recepi; — 5 Ex Damigerone graeco hausta esse putat Rose l. l. p. 480 quae apud Psellum *περι λίθων δυνάμεων* leguntur pag. 12 ed. Bernard.: *ὁ γαλακτίτης ἀπορρήτω βρύει γάλακτι, ἔνθεν γὰρ αὐτῷ καὶ τοῦνομα· κατασπῆ δὲ γάλα ταῖς γυναιξί· λήθην δὲ ἐργάζεται καὶ μνήμην τῶν κακῶν· [τῶν καλῶν coni. Bernard.] ἀντίθετος γάρ [δὲ coni. Bernard.] ἐστὶ καὶ θηρίων πληγαῖς περιεκτὸς γερονῶς.* — 5 Galactites ego, Galaciten c, Galactites lapis om. p; quidem p. — Cfr. Plin. XXXVII 59, 162: »eandem leucogaeam et leucographitum appellant et synnephitim«, ubi ex antiquissimo codice Bambergensi reponatur synechitum, suadet Damigeronis nostri syneciten. Pro smaragdum autem (v 6) reponendum mihi videtur moroxum vel morochthum, cfr. Aetium II 16 *λευκογραφίς ἢ μόροξος* et Plinium XXXVII 63, 173 *Morochthos* colore porracea lacte sudat. — 7. 8 »continet enim in se somnia quad (= quaad = quoad, cfr. Jordan, Beiträge zur Geschichte der lat. Sprache p. 347) estimaveris solus omnium lapidum« coni. Ring, vix recte. Dicebatur enim lapis *συνεχίτης*, quia continet (*συνέχει*) in se omnia etc., quare punctum post Syneciten in comma mutavi. — 8 destin.] conicio desideraveris; — Ostanes ego ex Tatio et Tertulliano, Ostanen c, Ostone p; — 10 lethargum ego, lytargum c, lithargum p; — 12 enim] etiam Pitra, qui praeterea facilitatem pro facit enim et coni., sed recte, ut videtur, Ring comma non post malorum sed post facit ponendum esse putat, sequens enim pro immo etiam dictum esse ratus. — 12 hī c, haberet p; — 12 ex auditum c; sed post magi add. p.

magi, ex scriptura mirati sunt et experti omni magica actione. Solum hunc lapidem efficacissimum omnium repertum et potentissimum extremis laudibus decoraverunt. Et ipse memoratus Galactites dicitur eo quod mulieribus lacte deficientibus facit abundare. Facies autem sic: iubetur mulieri ie- 5 iunare; deinde contritum lapidem dabis sibi cum mulsa, vel passo, vel aqua, et bibat sufficienter, et continuo habebit plurimum et optimum lac. Et si non voluerit bibere, accipe lanam ovis gravidæ et facta acia pertunde lapidem, et ligabis circa collum eius, et sic fluit lac. Si oves deficient lacte, 10 ut excutias lac, sic ages: lavata ovilia circumaspergis sale oriente sole. Habeas antea contritum lapidem tenuiter cum aqua, unde ovilia circumasperseris, et videbis eas abundare plurimo lacte. Et si scabie laborantibus hoc feceris, sanabis eas et fecundiores habebis. Lethargum vero dicitur propter 15 hanc causam, quia præcedentia mala in oblivionem ducunt homines. Nam quicumque eum consecratum portat et, ut infra scriptum est, etiam offenderat regem, vel potentem, aut præpositum, aut parentem, aut dominum, in oblivionem

3 extr.] externe *O*; — 4 Galactites ego, Galaciten *c p*; dicit *p*; — habundare *c*; — 6 sibi] illi *p*. — Sequentia ex Aetio (II 17) qui ex graeco Damigerone hausisse videtur, illustrat Rose l. l. p. 484. 485: Γαλακτίτης· καὶ οὗτος παραπλησίον τῷ προειρημένῳ χροιάν ἔχων ὑπόχλωρον, γαλακτώδη χυλὸν ἀνέησι. ἔστι δὲ σκληρότερος τῆς λευκογραφίδος κατὰ τὸ εἶδος, πολυγάλους [sic?] δὲ ποιεῖ τὰς γυναῖκας, ἐὰν λουσάμεναι πίνωσιν ἢ μεθ' ὕδατος ἢ μετὰ γλυκέος οἴνου τετριμμένον τὸν λίθον. μίγνυται δὲ καὶ ταῖς ὀφθαλμικαῖς δυνάμεσι. φασὶ δὲ αὐτὸν περιαικτόμενον τῷ τραχήλῳ ὀδοντῶντων βρεφῶν ὀδόντων ἀταλαίπωρον ἔκφυσιν παρασκευάζειν. — 9 acia *c*, hic et infra p. 190, 12, ubi immutatum reliquit Pitra, cum nostro loco acie edidisset, nescio quo sensu. cfr. Marb.: »Hunc ovis ex gravidæ lana traducere filo Pertuso lapidem decet et circumdare collo«. — 11 excutiats *c*; — 11 circumaspargis *c*; oriente sole *p*; — 13 circumasparseris *c*; habundare *c*; — 15 lethargum ego, lytargum *c*, lithargum *p*; — 16 quia] quod *p*; — 16 ducit hominis perbene coni. Pitra, ducit homines coni. Ring, qui præcedentia mala vel nominativum (accusativum) absolutum vel accusativum a vocabulo oblivio pendentem (cfr. antiquum illud: »quid tibi hanc tactiost?«) esse putat. — 18 offenderat ego, ὀνδῆατ (sic) *c*, offendat *p*.

eum adducit. Omnino autem auctorem gratiosum facit semper et peritum et facundum et efficacem et impetratorem et persuadentem omnibus hominibus et deo placabilem, et sacrificia quae fiunt deo gestatus excellenter apta sunt: propiciat enim viribus suis deo et benevolenter omnibus facit. ⁵ Amplius etiam adversus invidiam et fascinum resistit; qui eum portat, numquam fascinabitur. Sed infantibus pueris aptus congruit, et non permittit eos macerari, si quando intimidaverit eos horrida mulier. Nam sicut non aliud tumentum resistit. Idem dolorem liberat dentium laborantium circumligatus. Praeterea laetos et validos eos constituit. Quod si mulieri difficulter parienti acia facta de lana ovis fecundae, ligaveris circa dextrum femur, continenter pariet sine dolore. Nam oblivionem praebet omnium dolorum: ita resistit. Craterites autem dicitur, quoniam tenax est. ¹⁰ Nam fortitudine et potentia in iudiciis et causis litigatores vincere facit: tantam magnitudinem habet iste lapis, et ne mireris, quod tanta nomina habet iste lapis. ¹⁵

XXXV. Lapis Berillus.

Berillus lapis: hic magnus lapis est; est lucidus, subserenus, clarus, similis oleo Apollinis. Sculpis in eo locu- ²⁰

1 adducit ego, adduxit *c p* probante Ringio; omnino ego, omnium *c*, omni *p*; — 4 [quum] gestatur pro gestatus *p*, gratiis coni. Ring; propiciat *c*; — 5 benevolunt *c*, an benevolentiam scribendum? »benevolutum« dubitanter coni. Ring; — 6 facinum *c*; — 8 permittit *c*; — 9 orrida *c*; — 10 idest *c*; — 16 fortitudinem *c*; potentiam *c*; ligatores *c*; — 18 mireris *c*; — 19 De berillo cfr. Vincent. Bellov. l. l. cap. XLVII: »Dyascorides. Berillus lapis lucidus est et clarus: oleo similis. sculpsit locusta marina ac sub geminis pedibus eius cornuta: ac sub gemma ponitur herba senina modico auro inclusa: gestata amorem coniugii facit. Aqua in qua missa est pota ad oculorum vicia valet et ad omnem valetudinem.« — 19 et 20 berillo *c*; — 20 Berillus lapis om. — 20. 21 subserinus *c*; — 21 cfr. alteram codicis 8454 versionem: »ur in eo locusta marina et sub eo cornicula, et sub genibus »at modicum aurum inclusum«. — Apollinis quod non »ale iterato similis ortum esse videtur.

stam marinam et sub pedibus eius corniculam, et sub gemma ponis herbam sabinam, modico auro inclusam. Consecratus, gestatus, amorem coniungit et maiorem omnium facit. Praeterea facit hic lapis ad oculorum vitia et ad omnem va-
litudinem, si eum in aquam miseris et ipsam potui dederis. 5
Ructatus simul et suspiria et hepatis dolorem tollit.

XXXVI. Lapis Selenitis.

Selenitis lapis similis iaspidi notus. Fortis et gravis, lucidus, mirabilis, sanctus lapis. Simul enim cum luna crescit et decrescit splendor illius. Ad multa vero utilis est. Facit 10
ad amorem et causas. Facit et phtisicis languentibus alligatus luna crescente; vel cum ad contraria minuente luna gestatus mire facit.

XXXVII. Lapis Panchrodes.

Panchrodes lapis habet colorem omnem, purpureum, ru-
beum, nigrum, pallidum, roseum, viridem, omnes colores di-
versos. Habens eum mane, viridis bonus est. Facit autem
ad victoriam: est enim invictus et sacer, id est sanctus.

1 corniculam c, probante Ringio; — 2 savinam c, senina Diasc.; modico ego cum Diasc., modicum cp; consecratum c; — 3 coniungit et] fort. coniugii scribendum ex Diasc.; — 4 vicia c; — 6 Ructatus simul et suspiria ego ex Marb.: »Potaque ructatus simul et suspiria tollit Et cunctos hepatis fertur curare dolores«, rupto spiritu et suspirii c, rupto spiritu suspirii p; et ante susp. om. p; epatis c; — 8 yaspidi c; — 9 simul, ut olim conieceram, c, similiter Pitra, qui ex C compendiis male intellectis similis affert; — 11 tysicis c; — 12 quum p; an etiam pro cum? — 14. 15 Panchrodes ego, ut sit altera vocabuli πάγ-
χρους forma. Et est Panchrus apud Plinium XXXVII, 178; Pan-
therus apud Marb. corrupte, Panchrodo c, Panchrodus p; — 17 viridis dubitanter ego, ut sit: »optimas vires autem habet Panchrodes viridis, praesertim vero manes«, ūide c, deinde p, »Habens Eum mane (= quand il y a aurore) valide bonus est« con. Ring, qui lapidem plurimorum colorum aurora, et ipsa varii coloris, apparente validissimum creditum esse vult; — bonum c; — 18 id est sanctus fort. delendum;

Sculpis in eo Latonam et Hippocraten et a retro acceptus tres; contra omnes magicas artes auxiliatur.

XXXVIII. Lapis Collurus.

Collurus lapis: hic similis est sapphiro; subalbidum habet colorem marinum. Aptus ad interpellationem regum et potentium. Uteris circa collum pertusum.

XXXIX. Lapis Trisutes.

Trisutes lapis similis est arcui caeli: hic fortis, gravis habens in medio apicem tamquam albam tiaram. Hic magis gestatus, imperatorius, facit ad causam sine iure datam.

XL. Lapis Melas.

Melas lapis habet in se stellas modicas. Dicitur etiam Syrtis. Causam dicenti benedictionem et impetrationem et victoriam facit, et ad omnem inquietudinem inimici, quarum et damnorum, et maleficiorum et magicas inquinaciones et potionum et precum maiorum incantationem, et odium, et caetera mala ex corpore expellit. Est autem lapis consecratus. Minorante luna septima decima usque ad tricesimam uteris; crescente vero usque ad quintam decimam non uteris.

in eo] eius super *c*, an insuper scribendum?; Latonar *C*; Hippocraten ego, Ypocraten *c*, Hippocratem *p*; acceptores (sic) *c*, quod pro accipitres dictum esse vult Pitra.

3 et 4 Colluro *C*; an colurus scripsit? — 4 hic om. *p*; sapphyro *c*; — 6 pertuso *p*; — 7 An Trichrus vel Tephritis? vel quod mihi maxime arridet triglites ex Psello *περι λίθ. δυνάμ.* p. 3 ed. Bernard: *ἵνα τὰς ἀγνώστους ἡμῖν λίθους ἔδωκ' . . . τὸν τε τριγλίτην καὶ τὸν τριόφθαλμον.* — 8 caeli ego, celi *c*, coeli *p*; — 9 albam tiaram Ring, albam et nigram *c*, album et nigrum *p*; — 10 magnus] an manu? testatus *c*; imperatorius *p*; — 12 Lapis Melas *p*; etiam] enim *c*; — 14 querellarum pro quarum coni. Ring. Equidem malim puncto post inimici posito, quorum (scil. inimicorum) et daemonum vel daemoniorum pro dampnorum scribere; — dampnorum *c*; — 15 et ante mag. om. *p*; inquinaciones *c*; — 19 quintam ego, quinta *c*, quartam *p*.

XXI. Lapis Gagatromanes.

Similis est colori capri, id est capriolae agrestis. Si quis hunc lapidem usus fuerit, utilis est. In historiis autem et ad inimicos, qui eum habuerit, fortis est. Hunc enim lapidem Hercules usus est, et cum eum deposuisset, victus est. 5

XLII. Lapis Phoenicites.

Similis phoenicio balano [id est dattilo]; subrubeus vero vel sanguineus, mirabilis lapis. In manu sinistra gestatus ad tristitiam et causas et actionem utilis est.

XLIII. Lapis Lyncis.

10

Secas in duas partes . . . in mel et lac, deinde tollis et includis in annulo, et sic portabis, et ubicumque cum ipso ieris, cum gaudio et hilaritate quod volueris habebis.

XLIV. Lapis Narcissites.

Est viridis modice Martis signum habens. Hic tritus 15 odorem habet Narcissi herbae, floris magnifici. Hunc lapidem qui usus fuerit, omnia vincit.

XLV. Lapis Steatites.

Similis est adipibus leonis. Hic lucidior est colore leonis. Victor est enim, quicumque eum in sinistro brachio 20 usus fuerit.

1 gagatromeo c; — 2 caprii c; agresti c; — 3 historiis c p, an inquisitionibus? sed eodem fere sensu apud Commodianum carm. apol. v. 155 historiam dici monet Ring. — 4 habuerint p; — 5 quum p; eum om. p; — 6 feniciten c; — 7 fenico c; glossema: id est dattilo expulsum est a Pitra. — 10 lincis c; — 11 lacunae signa ego posui; — 12 anulo c; — 13 quod] quaecumque p; — 14 narcissite c; — 16 magnificus c; — 18 steatiten c; — 20 enim] autem? — brachio c.

XLVI. Lapis Camptine.

Hic ad impetrationem facit ad deum et ad homines et corpus hilare facit, et timorem maiorum seu furias compescit, et commendationes facit. Hydropicos curat in sinistro brachio alligatus. Hunc autem de quavis consecratione consecras. 5

XLVII. Lapis Chrysolithus.

Est spissus, lucidus, similis auro. Hic applicatus ad rasuram auri, levatus phylacterium est ad nocturnos timores. Pertusus et transiectus cum setis asininis et alligatus in sinistro brachio, omnia daemonia vincit. 10

XLVIII. Lapis Chrysolithus alter.

Chrysolithus lapis: Est enim super ipsos quasi turturis oculus. Est autem et cupidinis et amoris et iustitiae adiutor. Facit autem et bene susceptum et eloquentem et gratiosum et amabilem esse et amicabilem ab his qui eum vident. Om- 15 nem ingressum aperit; facit etiam ad indignationem oculorum.

1 Camptinem eundem esse credo atque Arnoldi Saxonis Kabraten: (§ 48 de virtutibus lapidum ed. Rose): »Kabrates lapis est similis crystallo, eloquentiam dat et honorem et gratiam, defendit a noxiis et ydropisim curat.« — 2 corpus hilarem *C*; cor hilare *p*; — 4 hydr. — allig. in marg. habet *c*; — 6 Chrysolithus ego (Crisolitus Arn.) Chrysolithieo *c*, chrysolitheos *p*; — 8 phylacterium est ego, philaterii tutamentum est *c* ex manifesta interpretatione, — phylacterii tutamentum est *p*. Quod ego conieci, legisse videtur Marb.: Esse phylacterium fixus perhibetur in auro, contra nocturnos fortis tutela timores«. — 9 asininis scripsi ex Ringii emendatione, cum ego aselli vel asini recipere voluissem ex Marb.: »Pertusus setis si traiciatur aselli«, aseminis *c p*, in acus foramine con. Pitra. — 10 brachio *c*; — 11 Chrysolithus ego, Chrysolitheo *c*, Chrysolitheos *p*; — 12 Chrysolithus ego, crisolitheo *c*, chrys. lap. om. *p*; — 12 subrussus pro super ipsos sine dubio corrupto con. Ring; mihi locus lacunosus esse videtur; — quasi] quam (?) *c*; oculo *C*; — 14 et] ad *C*; susceptos *C*; eloquentes *c*; — 16 indignationem ex medicorum usu probat Ring, an in debilitationem scribendum?

XLIX. Lapis Apocheamus.

Apocheamus lapis maior est quam capri oculus, habens in se oblongum, album, non valde subcanum. Gestatus in manu sinistra facit ad viles iniurias.

L. Lapis Sardius.

5

Huius color apparet levis, sive maculosus; bonus portatus a mulieribus, amabilis est. Sculpis in eum vineam et hederam involutam.

• 1. 2 Apocheamus ego, Apocheamos *cp*; hic lapis aliunde nondum innotuit; — 2 caprii *c*; lacunam, cuius nullum in *C* vestigium, vocabulo apicem explevit Pitra; fort. recte. — 5 Sardius ego, quod vulgatum est huius lapidis nomen, — sardo *cp*.

Addenda et Corrigenda.

- p. 4, 7 i. Exegesi
p. 5, 1 s. accuratissime
p. 6 codicem A olim Federici Borrhomaei Cardinalis fuisse certiore
me fecit Richardus Foerster, cuius humanitati maximam horum adden-
dorum partem debeo.
p. 7 De Demetrio Moschi nonnulla habet Sathas *νεοελληνική φιλολογία*
p. 130, 131. — Δημητρίου Μόσχου τοῦ Λάκωνος τὸ καθ' Ἑλένην καὶ Ἀλέξαν-
δρον in codice Vaticano graeco nr. 1403 (fol. 3) legimus Foerster et ego.
p. 8 Codex M olim Federici Borrhomaei Cardinalis fuit.
p. 9, 4 i. hinc
p. 11, 20 s. imitatus
p. 11 Perdrierii editionem et versionem a. 1612 Forolivii publici iuris
factam Ravennae vidit Foerster.
p. 13, 7 i. iubebat
p. 17, 79 ἀλλά
90 Ἥλιον
p. 18, 100 ἔσπεσθαι habent codd. et edd.
p. 19, 130 ἄρ'
p. 20, 160 *τερπωλή, γλοερὸν τε*
177 *μάθης* dubitanter coniecit Foerster.
p. 22, 253 *ἔης* dubitanter con. Foerster.
p. 24, 295 *ἔθειραι,*
300 *ἔσθλώ φημι*
p. 31. 532 *φλοιός θ'*
p. 38, 764 scribendum est *κεχολωμένος*.
p. 39 Moschi Scholion ad v. 1 ex M Foerster descripsit hoc: *ὁ τῆς*
Μαίας υἱὸς ἦλθε κομίζων δῶρον τοῦ τὰ κακὰ ἀποτρέποντος Διὸς προσ-
τάσων μοι τοῦτο δοῦναι τοῖς θνητοῖς. ἐριούνιον δὲ τὸν Ἑρμῆ εἶπεν ὡς
μεγάλα ὠφελεῖν δυνάμενον. καὶ ἔστι σύνθετον ἐκ τοῦ ἔρι ἐπιτατικοῦ μορίου
καὶ τοῦ ὄνομα (vel ὀνίνημ?) τὸ (?) ὠφελῶ. In Scholio quod ibidem ex
PV edidi, βοήθειαν ἐν τοῖς recte habet V.
p. 40 ad v. 14 $\delta\chi^x$ (corr. m. 1) ex V notavit Foerster.
p. 41, 1 i. ἐπὶ πόα ex V notavit Foerster.
p. 45, 9 s. idem ac minime significare

p. 48, 8 i. probatus

p. 49, 8 i. *ἐταῖρος*

p. 50, 8 apud Pausaniam *ὀρεῖται* futurum esse (cfr. *κῦδος ἔσεται*) annotat Foerster.

p. 51, 6 s. *ἀλλάγησθαι*

15 s. *Lehrs*

20, 21 s. *πέλας*

9. 8 i. *τούτεστιν* ex V notavit G. Kinkel, qui V libri scholia in Foersteri Orphica edituri usum contulit, cuius collationem benigne mecum communicavit Foerster.

p. 53, 15 s. p. 36

p. 54, 8 s. *εἵπερ ἰψ' et*

p. 56, 12 i. *Diar. litter.*

p. 56, 25 s. *αἶα Α*, ita ut et accentus acutus et circumflexus et spiritus e litterae superimpositi sint.

p. 58, 8 i. omnes.

p. 60, 23 s. *τοῦτο* pro *τούτω* V.

p. 61, 15 s. *φέρει*^{οι} τὸ V.

14 i. *αὐτοῦ* pro *αὐτὸν* V.

p. 65, 18 s. *Τυρωῆ.*

p. 66, 15 s. *τὸν* monos.

p. 69, 1 s. probatus

p. 73, 12 Tzetzae scholion ex Bachmanni editione (p. 839, 30) descripsit Foerster: *περὶ τοῦ σιθηρέτου τούτου λί[θου τοῦ καὶ] ὀρείτου φησὶν ὁ Ὀρφεὺς ἐν τ[οῖς λιθικοῖς] ὡς εἴ τις ἐπὶ δέκα ἡμέρ[ας γυναι]κῶν συνουσίας ἀγνεύσεις [καὶ κοινῶν] λοτρῶν, ἔτι δὲ καὶ ἄ[γευστος] διαμνείειν ἐμφύχου τρ[οφῆς] λούοι δὲ τὸν λίθον τοῦτο[ν καθαρῶ] καὶ ἀπορρύττω πηγῆ καὶ καλύπτει καθαροῖς σπαργά[νοισ ὡς] περ παιδίον, καὶ ἐπευχόμενος ἐν καθαρῶ κελλίω τινὶ ἀ[νάπτοι] κηροῦς ἢ λυγνίας, μετ' ἔ[πειτα] ἐρωτήσας, μάθοι παρ' α[ὐτοῦ] ἀνθρωπίνῃ φωνῇ λέγοντος νεο[γίτου] παιδαρίου, περὶ ὧν ἀ[κούσειν θέλοι] πλὴν, φησὶν, ὡς ἐάν τις δεῖ[λιῶν ἀπορ]ρίψῃ αὐτόν, μεγάλης [παρὰ θεῶν] ἐπιτεύξεται βλάβης· [εἰ δὲ γεν]ναίως καὶ τληκαρδῶς τις αὐτοῦ κατακούσεις, λήγοντος ἤδη τοῦ λέγειν προσπελάσας αὐτόν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἴδοι ἀν ὡσπερ ἀπονεκρούμενον.*

p. 74, 13 *καθαροῖς* in textum recipiendum esse videtur, cum non solum Tzetzes, verum etiam Epitomator (p. 146, 9, 10 ed. meae) *καθαροῖς* pro *μαλακοῖς* legisse videatur.

p. 75, 21 ff. scholion a Bachmanno restitutum supra edidi.

p. 79, 14 i. casui

p. 82, 19 s. marg., *λήσεται*

p. 87, 10 ὅπ' *αἴθρη*ν codd. et edd.

p. 99, 2 i. *ἐρίσεις*ν

p. 108, 2 τόν περ ἔχοντες etiam in V scriptum esse me certiore
reddidit Ioannes Veludo Bibliothecae Marcianae praefectus illustrissimus.

p. 119, 2 i. ἔοικε

p. 148, 6 coniicio δια μέσου, cfr. v. 19.

24 κατὰ μέσον coniecit Foerster.

p. 147, 10 γυναικῶν vel γυναικείας coni. Foerster.

p. 148, 20 πολέμων recte coni. Foerster.

p. 150, 7. 8 ἀρούρας coni. Foerster.

p. 161, 7 allophilis *cp*, correxi.

9 coniicio: conflagretur.

p. 166, 5 i. Ianio.

p. 170, 3 s. resistit enim coni. Foerster.

p. 172, 10 coniicio: et sanabitur, cfr. p. 175, 2.

p. 173, 10 coniicio: ictus, cfr. v. 13 et p. 170, 2.


p. 176, 12, coniicio: repellit

22 coniicio: ex altero vero acutus.

p. 178, 4, 5 pro subtus fundo videtur legendum subtus fundum,

cfr. p. 185, 20 subtus caput.

p. 191, 11 corrige phthisicis.



LANE MEDICAL LIBRARY

To avoid fine, this book should be returned on
or before the date last stamped below.

--	--	--

Q.
151
075
1831
LANE
HIST

